



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

42. De concilio contra Christum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

excitatum per divinam inspirationem solvit à peccatis Sacerdos. Nam etiam, qui per contritionem revixerunt, debent absolvi in Sacramento pœnitentiæ.

MEDITATIO XLII.

De Concilio contra Christum occasione suscitati Lazari. Ioan. 11.

PUNCTUM PRIMUM.

Invidia
cæca.

QUemadmodum odio & invidia perciti Iudæi, ex bono Christi operẽ parant sibi venenum ad interitum: nam qui interfuerant suscitationi Lazari, ad Pharisæos referunt. Unde coacto concilio, Pontifices & Pharisæi dicunt: *Ioan. 11. 47. Quid facimus, quia hic homo signa multa facit? Et tam sunt cæci, ut id, unde omnes credituros in Iesum ominantur tanquam in Messiam, ipsi nolint intelligere, atque ita fit iusto Dei iudicio, ut malum temporale, quod metuunt, prædicant: Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.*

PUNCTUM II.

V. 49.
Superbia alios
arguit.

Sententia Caiphæ Pontificis: *Vos nescitis quidquam neque cogitatis: ab arrogantia orditur, quasi solus sapiat, & tam insipiens fuit, ut, quod ad avertendam cladem à populo necessarium esse dixit, causa extiterit excidii: sed quod ille proprio spiritu malè cogitaverat, Spi-*
ritus

ritus Sanctus vertit in Prophetiam, ut per illa
ipsa verba prædiceret necessitatem Christi pas-
sionis, ad totius generis humani salutem: *Quia*
expedit vobis, ut unus homo moriatur pro populo,
et non tota gens pereat.

PUNCTUM III.

Conspiratio in Christi necem. *Ab illa ergo* Jesus
die cogitaverunt, ut interficerent eum. Nec mansue-
latuit Christum omnia scientem, & tulit, ut a- tuscedit.
pud Ieremiam ipse loquitur: *Tu autem Domine* Ier. 11.
demonstrasti mihi, et cognovi. Tu ostendisti
mihi studia eorum. Et ego quasi agnus man-
suetus, qui portatur ad victimam; et non co-
gnovi, quia cogitaverunt super me consilia, dicen-
tes: Mictamus lignum in panem ejus, et era-
damus eum de terra viventium: quomodo
cognovit & non cognovit? quia scivit; sed
non, ut vitaret, aut ulcisceretur. Ergo abiit in Ioan-
regionem juxta desertum in civitate, quæ dicitur 11. 54.
Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis:
qui permanebant cum eo in tentationibus ipsi-
us. Ibi comparavit ad se ad appropinquan-
tem jam horam suam.

Quæ his sunt consequentia, habentur in quar-
ta parte.

De